n. 16.

[illegible]

Haec dicit dns ds. Anima quae peccauerit ipsa morietur. fili
us non portabit iniquitatem patris. et pater non porta
bit iniquitatem filii; Iustitia iusti super eum erit. et im
pietas impii erit super eum; Si autem impius egerit pe
nitentiam ab omnibus peccatis suis quae operatus e. et cus
todierit uniuersa praecepta mea. et fecerit iudicium et
iustitiam uita uiuet et non morietur; Omnium iniqui
tatum eius quas operatus e non recordabor; In iustitia
sua quam operatus e uiuet; Numquid uoluntatis meae
e mors impii dicit dns ds. et non ut conuertatur a uiis
suis et uiuat. Si autem auerterit se iustus a iustitia sua
et fecerit iniquitatem secundum omnes abhominatio
nes quas operari solet impius. numquid uiuet. Omnes
iustitiae eius quas fecerat non recordabuntur. In praeua
ricatione qua praeuaricatus e. et in peccato suo quod pec
cauit in ipsis morietur; Et dixistis. Non e aequa uia dni;
Audite domus Israhel. Numquid uia mea non e aequa. et
non magis uiae uestrae prauae sunt. Cum enim auerterit se
iustus a iustitia sua et fecerit iniquitatem morietur in
eis; In iniustitia sua quam operatus e morietur; Et cum
auerterit se impius ab impietate sua quam operatus e.

Liber Cassiodori Senatoris